

epicycli propior ad eam partē ab ecen-  
trico elongatur, ad quā tendit pars e-  
centrici, in qua ipse epicyclus cōstitui-  
tur. Diameter uerò epicycli per lōgitu-  
dines medias transiens, sicut in super-  
ficie eclipticę iacere cognoscitur, epi-  
cyclo in altero nodorum manente. Ita  
extra hos duos situs eclipticę conclu-  
ditur æquidistare.

*Pro Veneris deniq; & Mercurij latitudinibus præ-  
ambula quædam absolueret. Pro-  
positio II.*

**D**Vm sedulo aspiceret Ptole-  
mæus, quid uarietatis in suis  
haberent latitudinibus Ve-  
nus & Mercurius, deprehen-  
dit, quod centro epicycli in auge ecen-  
trici constituto, eādē haberet Plane-  
ta latitudinē in auge epicycli uera exi-  
stens, quā in eius opposito. Simile re-  
perit quod centro epicycli in opposi-  
to augis eccentrici manēte. Hæc autem  
latitudo in Venere quidem ad ambos  
situs epicycli dictos, erat Septentrio-  
nalis, in Mercurio uerò Meridionalis.  
Vnde liquidum erat, quod tota diame-  
ter epicycli per auge[m] eius, & opposi-  
tum transiens. Et ideò etiam centrum  
epicycli, in Venere quidem uersus Se-  
ptentrionem tenderet, in Mercurio au-  
tem ad Meridiem. Quod accidere ne-  
quit, nisi pars eccentrici, quæ tunc epi-  
clū cōtinet, eò declinet. ¶ Postea ue-  
rò alios Planetæ in epicyclo situs ob-  
seruare studuit, epicyclo tamē in auge  
eccentrici manente. Potissimē tamen ma-  
ximas Planetæ à Sole longitudes &  
matutinas, et uespertinas aduertendas  
censuit. Inuenit igitur epicyclo Vene-  
ris in auge eccentrici constituto, longi-  
tudinem uespertinam pluris decliuita-  
tis ad Septentrionem, quàm longitudi-  
nem matutinam. Contrarium uerò hu-

ius expertus est in opposito augis eccen-  
trici. Ibi enim plus ad Septentrionem  
tendere notauit longitudinem matuti-  
nam, quàm uespertinam. Sed in Mercurio  
aliter: In auge enim eccentrici longi-  
tudinem eius uespertinam plus ad Me-  
ridiem reperit declinatam, quàm longi-  
tudinem matutinam. In opposito uerò  
augis eccentrici huius cōtrarium. Non  
pigrius inde experimēta habuit, dum  
epicycli cētrum in altero nodorum si-  
tuaretur. Cōsiderauit enim quod Pla-  
neta utrinq; ab auge epicycli per quar-  
tam circuli distans, nullam ab eclipti-  
ca haberet latitudinem. In auge uerò  
atq; eius opposito latitudine non care-  
ret, & quidem differenter. Vidit enim  
quod longitudo propior epicycli Vene-  
ris in parte eccentrici sinistra, ubi, sci-  
licet, est motus longitudinis diminiu-  
tus, decliuior esset ad Meridiem quàm  
eius longitudo longior. Contrarium  
autem in reliquo nodo, ubi enim lon-  
gitudino epicycli decliuior erat ad Se-  
ptentrionem, has autem latitudines in  
Mercurio per omnia contrarias inueni-  
nit. In nodo enim medietatis eccentrici  
sinistræ, lōgitudino propior epicycli de-  
cliuior erat ad Septentrionem, quàm  
longitudo longior. Ecōtrario autem  
in reliquo nodo. Summatim igitur in-  
telligemus utriusque istorum duorum  
eccentricum ab ecliptica declinationem  
pati, non quidem fixam, sed uariatam,  
cuius quidem mutatio cursum epicy-  
cli uerum imitatur. Epicyclo enim in  
auge eccentrici, aut eius opposito exi-  
stente, maxima est huiusmodi deuiati-  
tio. Eo autem ab hoc situ recedente, pe-  
detētim minuitur, donec nulla fiet, sed  
tota superficies eccentrici in superficie  
eclipticę situetur, dum, scilicet, epicy-  
cli centrum in altero nodorum fuerit.  
Inde uerò recedens, iterum deuiatio ec-  
centrici crescere incipit. In Venere qui-  
dem,